UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Dn. Conradi Clingii Theologi Et Ecclesiastae Celeberrimi (dum vixit) apud Erphordiam Turingiæ, Catechismvs Catholicus, summam Christianæ institutionis IIII. libris succinctim complectens

Klinge, Konrad

Coloniae, 1570

VD16 K 1309

In contentione verbi Dei cui plus credendum sit. tit. 181

urn:nbn:de:hbz:466:1-29452

Visual Library

ficato donũ, id eſt, ſpirituſſanctus, qui in nobis opę
atur morus ſpirituales, id eſt dilectionem, timorem,
pacem, gaudium, Gala. 5. Fructus ſpiritus ſunt, chari-
tas, &c. Spirituſſancti ergo ſanctitas, quandò iuſtifi-
cato donatur, hæc efficit in nobis. Nam animalis ho-
mo, &cæ: 1. Cor. 2 Excitat ergo in nobis motus ſpiri-
tuales, ſicut dicit Apoſtolus 2 Corinth. 3. Transfor-
mamur à claritate in claritatem à Domini ſpiritu, id
eſt, Spirituſſanctus renouat nos ſuæ claritate gratiæ,
qui creat in nobis ſpirituales motus, id eſt, fidem, di-
lectionem, ſpem, &c. in claritatem gloriæ, quæ ſequi-
tur, ſcilicet viſionis Dei, &c.

Inſuper licet ſint locutiones aliæ Tropicæ, allego-
ricæ, literales, hæc omnia ad literam pertinent.

IN CONTENTIONE VERBI Dei cui plus credendum ſit.

TITVLVS CLXXXI.

TRIA ſunt notanda. Primò, quòd verbum
Dei eſt ſimpliciſſimè verum & iuſtum. Se-
cundò, quomodò inuertitur & confundi-
tur gloſſematis hominum. Tertiò, Cui par
plus credere debemus, quandò ſit contentio inter
Catholicos & ſectarios.

Primò, Deus ſimpliciſſimè dixit Adam Gene. 2. Ne
comedas de ligno vitæ, &c. Et quacunq; die comede-
ris, morieris At hoc verbum inuertit ſathanas, & di-
cit Gene 3. Nequaquàm moriemini, ſcit enim Deus
&cet. Sic Chriſtus ſimpliciſſimè dixit Marci vltim.
Qui crediderit, & baptizatus fuerit, ſaluus erit. At
tot gloſſæ de ſola fide, de baptiſmo &cęt. Matth. 26.
Hoc eſt corpus meum, quod ſimpliciſſimè dictum
eſt Sed tot ſunt gloſſæ, quandò hic ſignum & figu-
ram facit, alter ſolùm carnē & ſanguinem ſine diui-
nitate, vt abſurdum ſit &c. Sic de obedientia eccleſię,

Matt.18. Hic iubet non obediendum præceptis,cæ-
remonijs,ſacramentis,ſuffragijs &c.2. Corinth.di-
cit Apoſtolus: Timeo, quòd ſicut ſerpens decepit E-
uam,ita multi &c. Eſt igitur verbum Dei ſimpliciſſi-
mum & veriſſimum.

Secundò,talis deprauatio ſeu confuſio non venit
niſi à ſathana, ſicut 2. Corinth.11. dicit Apoſto-
lus: Ille per homines malos,ſuperbos & inuidos ope-
ratur huiuſmodi errores. Eſt enim pater omnis men-
dacij & homicida,Ioan.8. ſicut eum ipſe Chriſtus no-
minat. Facit autem hoc,vt deſtruat charitatē & vnita-
tem inter homines: & vnitate deſtructa, de facili o-
mnem fidem facit inanem. Sequuntur autem omnes
hæretici humanam opinionem,ſicut dicit Apoſtolus
1.Cor 3. Cū contentio ſit inter vos & zelus,nonne
carnales eſtis, & ſecūdū hominē ābulatis? &c. & Iu-
das,homines carnales,ſpiritum Dei non habentes.
Tertiò, Quando ſic eſt cōtētio,ſectæ volūt re[illegible]
errores eſſe Euangeliū,Catholici negāt: cui nunc ſim-
plex homo plus credere debet,in vtraque parte iacta-
tur Euangelium, Reſpond. Primò, multorum ſen-
tentiæ plus tribuendum eſt,quam vnius, vbi plures
doctores,Martyres,confeſſores Chriſti,concordant,
ibi plus quam vni ſoli priuato doctori credendum
eſt. Ideò ex ore duorum vel trium ſtat teſtimonium,
inquit Chriſtus Matth 18. Secundò. Pacatis & in cha-
ritate vnitis plus tribuendum eſt, quam turbulen-
tis & odio defędatis. Sic ſancta cōcilia,ſancti patres,
doctores Eccleſiæ,ſine omni inuidia ſcripſerūt, Euan-
geliū eluacidârunt,ſolū ſalutē animæ præ oculis ha-
bentes. At hæretici omnes, quotquot loquuntur,
ſcribūt ex odio contra clerum & Catholicam Eccle-
ſiam & vt placeant hominibus,hoc faciunt. Prouer.
10. Odium ſuſcitat rixas, & inuidia cæca peruertit
iudicium. Tertiò, Tutius eſt credere Eccleſiæ vniuer-
ſæ,& maiori eius parti,quam priuatis ſectarum con-
gregationibus

[n]egationibus. Recte igitur Latomus contra Bucerum, Multorum, inquit, ſententiæ plus tribuo quàm [p]aucius, pacatis plus quàm turbulentis. Eccleſiæ vniuerſæ vel maiori eius patri plus, quàm mihi ipſi quã [ti]bi quam omnbus qui hodie in contentione verſantur &cæt.

QVOD HAERETICI OBIIciunt, nos non acceptare verbum Dei.

TITVLVS CLXXXII.

TRIA ſunt notanda, Primò, in quibus capitibus & punctis conſiſtit verbum Dei verum & Catholicum. Secundò, quæ loca aut puncta arbitrētur eſſe Euangeliũ & verbum Dei ſectarij. Tertiò, cui verbo debemus obedire ex præcepto ſuperiorum & Eccleſiæ Catholicæ.

Primò, verum Dei verbũ, quod nobis cōfert ſalutē, quodque omnes Chriſtiani acceptare tenentur, conſiſtit in articulis fidei, i. quòd pater me creauit, filius redemit, & ſpiritusſanctus ſanctificauit, credere ſubindè, credere ſacramenta, per quę vt media Deus operatur, varia dona gratiarum propter Chriſtũ promiſſa, & per quæ egò apprehendo beneficia Chriſti, & per illa vnior corpori Chriſti myſtico & Eccleſiæ in dilectione Sic in vnum corpus baptizamur, 1. Cor. 12. Omnes per Euchariſtiam vnus panis efficimur, pœnitentia reconciliamur, 1. Cor. 10. & ſic de alijs.

Poſtremò ſeruare Dei præcepta, quæ docent dilectionem Dei & proximi & hæc præcepta Dei, omnia bona opera, quæ facere debeo, & quæ mala omittere, compręhendunt, orationem, ieiunium, éleemoſy-